



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXIII. Schamhaptense Monasterium Germania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

adhæc fundatricem in cœnobio suo liberaliter à se dotato sepultam esse, & reliquisse septem filias, à quibus septem familiæ ministerialium eiusdem monasterij ortæ sunt, quarum tamen nomina ibidem non existant. Item hoc cœnobium per Rudolphum & Ludouicum, post Imperatorem, Bauarię Duces, & præsertim per Stephanum iuniorem Ducẽ, maximis priuilegijs confirmatum esse.

CAPVT LXIII.

SCHAMHAPTENSE MONASTERIUM
Germania.

Monasterium *Schambapt*, ad fontes *M*riui dicti *Schambach*, supra vicum *Altmanstain*, nobilis matrona *Gertrudis*, vidua *Berchtoldi*, cum filia *Luitgarda*, instituit collegium pro Canonicis regularibus S. ^{1130.} Augustini, circa annum Domini 1130. Confirmavit Henricus Episcopus Ratisbonensis, ampliusque dotauit. Qua de re extat ipsius diploma datum eodem anno. *Berchtoldi* mariti quondam fundatricis meminit *Ioannes Auentinus* lib. 6.

CAPVT LXIV.

VVEIARNENSE MONASTERIUM,
Germanicè VVeiaru, in Bauaria.

^{1133.} **F**undatum est hoc monasterium an. 1133, per *Sibothonem*, Comitem de *Falckenstain*